

PSALMVS XXXVIII.

PSALMVS DAVIDIS AD MEMORANDVM.

Græc. & vulg. Lat. In rememoratione Sabbati. Chald. Memoria Israëlitis.

ARGVMENTVM PSALMI.

Apparet hunc Psalmum à Dauide, posteaquam è graui quodā morbo conualuisset, ad hoc esse cōpositū, vt quemadmodū titulus habet, memoriam statueret cum ad afflictionis & castigationis praterita, tūm recepta diuinitus sanitatis, vel certè adhortationem aliorū, vt suo exēplo sapiant: pulchrè exemplū nobis præscribens, quomodo non debeamus, si quando diuinitus castigati fuerimus, obliuisci, quid passi simus, quamobrem, quamdiu, quanta cū afflictione, quidq; auxilij diuini acceperimus, & si qua sunt alia huiusmodi. Hoc enim quasi omnibus mortalibus est, vt postquam conualuerunt, accepta castigationis prorsus obliuiscantur: & quod ad emendationem vitæ facere debeat, incassum & irritum abire sinant.

Dispositio Psalmi.

Habet autem Psalmus hæc tria. Primū orat ad Dominum, facit autem orando duo. Vnū est, quod deprecatur iram & furorem Dei, hoc primo versu: alterum quod auxiliū à Deo precatur: id quod duobus vltimis versibus facit. Deinde secundo loco anxie queritur, se grauitè adfligi cum grauitate morbi, tūm onere peccatorum, item & perfidia suorum, Tertium est, quod qua sit erga Deum fiducia, querimonia sua intermiscet: vt versu 9. & 15.

DE PRIMO VERSV.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua castiges me.

Lectio conuenit.

Deprecationem habet hic versus, qua quod omnium potissimū horrebat, deprecatur, idque mox initio Psalmi: quemadmodum & suprā Psalmo sexto fecit.

Vide suprā Psalmo 6 initio Psalmi, quæ obseruanda sint hoc loco: vbi eadem verba leguntur.

2. Quoniam sagittæ tuæ depressæ sunt in me, & depressa est super me manus tuæ.
3. Non est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ: non est pax in ossibus meis, à facie peccati mei.
4. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus graue ponderosiores sunt, quàm sustinere queam.
5. Computruerunt, & sanie disfluunt vlcera mea, à facie insipientiæ meæ.
6. Incuruatus sum, & humiliatus admodum, quotidie funestus incedo.
7. Nam femora meæ prorsus occupat ardens vlcus, nec est sani quicquam in carne meæ.
8. Dissolutus sum ac deiectus vehementer, rugiui præ turbatione cordis mei.

LECTIO.

Vers. 2.

Et depressa est super me manus tua.] Ebr. *והנחתה* Græc. & vulg. Lat. Et confirmasti super me, &c. Hieron. Et tetigit me, &c. Pagn. Et descendit super me.

Vers. 3.

À facie peccati mei.] Ebr. *בפני חטאתי* Græc. & vulg. Lat. À facie peccatorum meorum.

Vers. 5.

Vlcera mea.] Ebr. *חבורתי* Græc. & vulg. Lat. Cicatrices meæ. Sic & Hieron. Iustinian. & Felix. Pagn. Liuores mei.

Vers. 6.

Incuruatus sum, &c.] Græc. & vulg. Lat. Miser factus sum, & curuatus vsq; in finem. Pagn. Incuruauit me, & humiliat me vehementissimè.

Vers. 7.

Nam femora meæ occupat ardens vlcus.] Ebr. *בגסלי ברלאר בקלה* Græc. & vulg. Lat. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Hieron. Quoniam lumbi mei repleti sunt ignominia. Sic & Iustin. Felix: Combustione. Pagn. Ardore. Cætera conueniunt.

EXPLANATIO.

Vers. 2.

Basilii iacula Domini hic intelligit comminationes Dei, quibus conscientia propter delicta feritur: et corpori Davidis nihil potest hic accidisse morbi, sed omnia esse dolere.

Ista pertinent ad alteram Psalmi partem, qua querimonijs admodum anxij dolorum, calamitatem & miseriam suam coram Deo effundit.

Quoniam sagittæ tuæ, &c.] Morbum suum, quem suprā correptionem & castigationem diuinam interpretatus est, apertè hoc versu Deo adscribit, dum illum dicit esse sagittas & manum Domini, quemadmodum & Iob 6. dixit: Sagittæ Domini sunt in corpore meo, cap. 19: Manus Domini tetigit me: cum esset vlcere pessimo toto corpore percussus. Apparet autem & Dauidem vlcere malo & vrèti percussus fuisse, ex versibus 5. 7 & 17. quemadmodum & de Ezechia legimus, Esa. 38. Cur autem huiusmodi vlcera vocentur sagittæ Domini, non v. deo: nisi forsan ideo quod improuisa & repentina corpus ita occupant, vt simul atq; inflicta sunt, ad mortem rapiant: quemadmodum solet accidere illis, qui iaculo lethali feruntur.

Non est sanitas in carne meæ.] Concussionem & dolorem cum animi tūm corporis ex vlcere queritur, dicens: Non est sanitas in carne meæ, non est pax ossibus meis. & versu 5: Computruerunt, & sanie disfluunt vlcera meæ. Et versu 6: Incuruatus sum, & humiliatus sum admodum, quotidie funestus incedo. Et versu 7: Nam femora meæ prorsus occupat vlcus ardens, nec est sani quicquam in carne meæ. Et versu 8: Dissolutus sum ac deiectus vehementer, rugiui præ turbatione cordis mei. Ad hoc genus querimoniæ pertinent etiam versus 10. & 17.

Causam

Causam
peccati mei
iniquitates
quod iniqui
tas, factis o
mnia. Et lanè
peccati eti
in lacrimis
Domini
sanctus
18. Co
19. & ip
11. Am
12. Et in
13. Ego an
14. Et sui
15. Quia
16. Quon
17. Quia
18. Quoni
19. Et in
20. Et qui
21. Ne dese
22. Acc
Et ipi non fun
quod est mecum
Contra plagam
1. Contra leproam m
Et insidias posu
no. Et irueban
Quia ego elau
1. Quoniam sum. Hi
1. Non ego ad interi
Nalle me habet p
Cuius pro pecca
1. Quoniam. Reliqu
Versus 9. & 1
1. Legram exprin
1. Causa. Ex versu
1. Neum tu nosti. q
1. Non solum qu
1. Causa. Quia te exp
1. Versus 10. per
1. Dolorem ac deie
1. Periclitatur, virtu
1. Dolore.
1. Versus 11. 12.
1. Causa. quæ extrin
1. Quod aliquot loci
1. Innotos, rebus ad
1. Rebat se propter
1. Fraudulentam per
1. Causa. hinc migra
1. Causa. que ad cum
1. Causa. & afflictio
1. Causa. materiam hab
1. Causa. dolentes.
1. Versu 21. & 22.